

Mythologia, Venise, 1567 - III, 07 : De Minoe

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[24\] : De iudicibus inferorum](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre III

[Mythologia, Francfort, 1581 - III, 07 : De Minoe](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre III

[Mythologie, Paris, 1627 - III, 08 : De Minos](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre III

[Mythologie, Lyon, 1612 - III, 07 : De Minos](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - III, 07 : De Minoe, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/820>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4

Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 65r°-66r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Minos](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

corpus animi habenis, at non contra, corporis animus paret & obtemperat.
Neque me tamen præterit, quidquid ex anteactis rebus accidat, illud fatum
a vulgo sapientum vocari solitum, quod alii Fortunam vocarunt, cum mini-
me viderent omnia diuino quodam ordine gubernari, ac nihil frustra acci-
dere, neque e nullis antecedentibus principiis. at nunc, quid senserint anti-
qui, ex his discutiamus. Cum Parcas Louis & Themidis, que iustitia est, si-
Jas esse dicentes, illud significare voluerunt, quidquid unicuique eveniret,
illud & iure & pro meritis, rerumque gestarum dignitate contingere, & al-
tissimi Dei consilio. Qui vero minus erant perspicaces, & in his magis ex-
euciebant, illi non pro meritis singulorum, sed ex inordinato fortunæ cursu
mala & bona hominibus evenire putarunt: quia ex illa prima confusa ma-
teria Parcas edocentes dixerunt. Qui ex infirmitate hominum mala contingere
putarunt, i Noctis filias Parcas appellarent. Qui vero obtusiore adhuc fue-
runt ingenio, illi neque diuina prouidentia res humanas gubernari, neque
quidquam diuino consilio regi putarunt; sed solam suppliciorum arbitratæ
considerantes, minime perpendentes scelerum gravitatem, quia omnes ma-
ris filii crudelis & inordinati fuerunt, Parcas maris esse filias sunt arbitrati.
Diuinus præterea Plato, Parcas Necesitatis filias nominauit in duodecimo
dialogo de Rep. quoniam supplicia, que pro rebus gestis hominibus deben-
tur, necessariæ sebunda sunt, neque quispiam vir malus Dei vindictam iu-
stam denique effugere potest. Hæ dictæ sunt in spelunca quadam obscura
habitare solitæ, quoniam occulta sunt Dei iudicia, neque statim ad scelerata-
tos homines conuolant supplicia: verum ubi opportunum tempus vindictæ
Dei accelerabit, nulla neque ars munitissima, neque legio peditum, aut cata-
phractorum equitum præsidia possunt ab homine netario Dei vindictæ de-
pellere vel retardare. Atque hæc dictæ sint de Parcis, pro quarum arbitrio
animæ ad inferos accedere putabantur. nunc de iudicib[us] inferiorū dicamus.

De Minse.

Cap. VII.

Sed quoniam vulgus imperitorum non facile intelligebat, omnes animi
nostræ recessus, omnesque cogitationes Deo esse conspicuas, quare vel
præmia vel supplicia singulis pro meritis tribuerentur, idcirco necesse
fuit crassa quadam & populari ratione hominibus id fieri aliquo pacto per-
suadere: quare iudices & tortores animalium post mortem apud inferos con-
stituti sunt, qui singulos confiteri sua sceleræ cogent, ut singulis deinde vel
præmia vel supplicia pro severorum iudicium sententia darentur. Inter hos
iudices præcipuum locum obtinuit Minos Rex Cictæ Louis filius; de quo
ita scripsit Homerus in lib. a. odys.

30

l. 6. Æter plena idæ ante ærætate dñe
xponit se Æter Ætna Sæpius Ætna vocatur
Ætna, si Ætna Ætna vocatur
Ætna Ætna vocatur Ætna.

40

Hic vidi Minos Louis de semine natum.
Iura sedens vmbritis dabat hic, sceptrum que tenebat.
Quem Regem flantes, quem Regem iura sedentes
Poscebant, Ditis aulam quæ turbæ frequentat.

Natus est autem Minos ex Europe, quam alii Phœnicis, aliud Agenoris filium

R crediderunt

Mythologiae:

crediderunt, & ex Iouis cœcubitu, quæ Sarpedonem etiam & Rhadamanthū peperit, ut ait Isacius. Hic cum furtivo partu natus esse credetur, post Iouis Alterii obitum impeditabatur a Cretensibus quominus in paternum imperium succederet: Quare cum persuadere Cretensibus niteretur se diuinis regnum esse suscepturum, Neptuno se taurum immolatum vovit, si sibi faulatum signum ostenderet. Cum Taurus insignis repente e mari apparuerit, regnum illi a Cretensibus delatum est, ut scripsit Zeres in historia. 19. primæ chiliadis. Reliquæ que ad labyrinthum, Dædalumque pertinent, in Dædalo explicabimus. Fuerunt qui dixerint Minoem fuisse insula hospitē

- 10 Cretæ, alii putarunt fuisse indigenam, at non Iouis filium. Verum difficilimum huic rei veritatem inuenire existimo, tam ob varias scriptorum sententias, cum etiam ob temporum interuallum. Epiphorū autem Minoem Rhadamanthys cuiusplam antiquissimi, & propter iustitiam ac exigitatem celeberrimi viri imitatorum fuisse scribit, qui postea propriei iustitiam Iouis filius fuit exiliatus. Homerus in odyll. 7. non Iouis filium postea, sed Iouanum, tantum, discipulum scilicet Minoem nuncupauit, quem per annos nouem scribit regnare in Creta, ut patet in his;

αρετη την την οι πλευρας την την αποστρατη,
κατα την πλευραν την πλευραν. οι αποστρατη
ρουλο διαπεστη, την την αποστρατη.
Αλλαδ' άλλας γάλας μεραρει. οι πλευρας.
Επει την πλευραν παρατηρη, ιστι κούρων,
Δαριον την πλευραν, Γαλανην πλευραν.
πλευρας οι κατατη μεραδε τηλε, οι πλευρας
Επει πλευρας βασιλειον απει παραδει παραπλευ.

- 20 30 Creta mari medio iacet insula: fertilis illa est,
Et multis habitata vritis. hanc vndique fluctus
Pulsant. sunt vribes hic nonaginta, nec unus
Est sermo, e cunctis sed nullus. sunt ibi Achini
Magnanimi, & veri Cretes, pariterque Cydones,
Martigenæ Doræ, gens & diuina Pelasgi.
Has inter Gnosus pœxilara vrbis; ipseque Minos
Discipulus Iouis hic nonum regnauit in annum.

Quamvis Eusebius, & alii scriptores, non parum incer se de numero annorum, quos Minos in Creta regnauit, dissentient. Vtus est, ut siunt Minos Rhadamenti opera viri quidem boni, sed qui tamen regias artes non profusa tuerat edocetus, quem Minos in vrible habuisse legum custodem, cum extra vribem Talais opera vietetur, qui vocatus fuit Aeacus, quia tabulas æreas per vices circumferret. Fama est lôge lateque Minoem mari imperasse, atque propter

- 40 Androgei mortem bello Atheniensibus illato illos tributarios fecisse, ut in Theseo scriptum est a Plutarcho, & nos suo loco declarabimus. Habuit Minos Androgeum, Glaucum, Deucalionemque filios & Phedram & Ariadnæ, memoriz prodidit Zeres. 19. primæ Chiliadis Minoem a filiabus Cocali per dolum fuisse ita necatum; cum fugientem Dædalum insequens venisset in Siciliam, a Cocalo perbenigne holpitio accipitur, tum ab eius filiabus calida aqua perfusus & prope bullente enecatur. Verum siue tonis & Europe fuit filius, siue ob suas virtutes Iouis filius dici meruit, iudex apud inferos fuit eruditus, ut scripsit Plato his in Gorgia; Εἰ δέ πει ταῦτα ζητῶμεν. οὐ ποτέ ποτε

... Ego sane vel vobis prior cum huc ipsa cognoverim, filios meos iudices institui, duos quidē ex Asia Minoem ac Rhadamanthum; unū ex Europa Aeacum. Atque ne omnia hic ascribam, eorum quæ sequuntur huc est sententia: hi ergo postquam mortui homines cō accesserint, iudicabūt in prato, & in triuio, ex quo geminæ procedant vix, altera ad Tartarū, altera ad insulas beatorum. Astaticos Rhadamanthus; eos vero, qui ex Europa accedunt, Aeacus iudicabit. Minoi illud erit muneris, ut siquid fuerit ambiguum dijudicet, ut quā iustissimum fiat iudicium, ac legitimè in posterum animæ demittantur. Hec sunt illa, quæ traduntur de Minoe inferorum iudice ab antiquis, quæspectant ad id, de quo agitur, negotium. Nunc de reliquis iudicibus transfigamus.

10

De Rhadamanthe. Cap. VIII.

Rhadamanthum etiam Iouis Allerii & Europæ filium ob singularem prudentiam & exquitatem animarum suis iudicem antiqui scriptores tradiderunt. Hunc siunt omnium hominum lux etatis suis temperans, cuius temperantiam admiratus Theognis, huc de illo cecinit;

20

*ποτε διαρρέων μηδέ τόπος πολλάκις οὐδέποτε μέσην.**Πλούσιον οὐδέποτε τέρας φίου.*

Quorum carminum sententia huc est.

Non tibi si ipsius temperantia sit Rhadamanthi,

Pluraque cognoscas Aeolide Sisypho.

Fuerunt enim, ut constat, legumlatores Cretensium antiquissimi, viri optimi ac iustissimi; inter quos hi dicuntur excelluisse. Erat Rhadamanthus praefectus inquirendis criminibus pricipue, quæ quis in vita commisisset, ut testatur Virgilius lib. sexto;

Gnosius huc Rhadamanthus habet durissima regna.

Castigareque, auditique dolos, subigitque fatari

30

Quæ quis apud superos furto latratus inani,

Diffulxit in feram commissa piacula mortem.

Hic & Aeacus virginem tenere solebant dum iudicarent, ut scripsit Plato in Gorgia. Memorat prodidit Cicero lib. primo. Tusculanarum Disputationum, quod dixit & Plato in Socratis Apologia, non hos solos suis iudices apud inferos, sed etiam Triptolemum iis suis additum. Sic enim scribit Cicero, id multo iam beatus est, te, cum abiissis, qui se iudicatum numero habebis uolunt, euaseris, ad eos venire, qui verè iudices appellentur, Minoem, Rhadamanthum, Aeacum, Triptolemum, convenientique eos, qui iuste & cū fide vixerint. Rhadamanthum tamen exulem è patria profugisse scribit Iasius, quia fratrem suum interfecisset; ita enim inquit; *μηδέ ποτε διαστένεται γένεσις αδελφούς θεούς εἰδώλων οὐδὲ τὸν θεοῦ τὸν διάδοχον θεούν.* Post Amphitryonis mortem profugit Rhadamanthus, quia fratrem occidisset, è Crete: atque in Ocaleam Iaponicam ciuitatem profectus Alemenam duxit uxorem. Illud est proprium virtutis, ut viri boni patriam ubique inueniant; neque ullus est locus honorificus, quin pateat virtutem: quare qui se in aliquem locum, ut propriam patriam includendum putat, aut qui, nisi ubi natus est, se vivere non posse arbitratur, is omnino vel ani-

40

R 2 mi